Quelle:
Copyright:



Cod. LXII. deest

membran. 4to. Sec. 15. 1. 5.3.

Porphyrii Isagoge de quinque Predicabilibus Aristotelis.

(a) Chrysaorii

I.

Porphyrii Isagoge de quinque predicabilibus Aristotelis. Titulus est: "Incipiunt ysagoge porfilii ad "Categorias Aristotilis". Initium: "Cum sit necessa "rium Crisaorii (a) et ad eam que est apud Aristo "telem predicamentorum doctrinam nosse quid "sit genus quid Species". Finis: "Sed sufficiant "etiam hec ad descriptionem eorum comunita "tum et traditionem. Explicit liber porfilii". Cujus nostra ex greco latina sit versio, me latet, non esse Julii Pacii, quae extat in edit Opp. Aristot. Du Vallii Paris. Fol. 1654. Collatio docet, forte Victorini Rhetoris, qui Isagogen Porphyrii latine reddidit. Convenit autem cum versione, quae typis prodiit Venetiis per Andr. de Asula 1483. Fol. in Biblioth. nostra A 2.5.

Porphyrius s. patria Syro-Phoenicum lingua: Malchus: natus a. Ch. 233. natione Judaeus, professione Philosophus, fide Catholicus, sed ea temporibus Diocletiani abjurata, acerrimus illius hostis factus, Romae obiit Septuagenario major. In gratiam Chrysaorii, sui quondam discipuli, patricii Romani, qui Aristotelem satis intelligere nequiverat, hanc Isagogen seu Introductionem exaravit. Vid. Fabric. Bibl. graec. lib. IV. c. 27. p. 181. et ibid. p. 204. Lucae Holstenii de vita et script. Porphyr. dissertat.